Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

retentus. Dehinc recepta alia naue
itineri penitus non potuit. Unde cum
impellente uento altum mare ingressus
fuisset cum aliis ob eius uitus sancti anti
stitis reseruauit. Qui extensis ad
celum manibus locutus est dicens.
Gratias tibi ago omnipotens deus qui me
hoc iter sulcare iussisti. Iam enim
propugnaculum templi sancti tui uideam eius beneficiis
sum refertus. Quibus nauigantibus
burdigala urbe appulsi sunt. egressus
que hinc de naui ad basilicam sancti accedens
uotum suum exsoluit. que sepissimus
ab ipsius ore relata cognouimus.

Alia uero festiuitate adueniente que
hyeme celebratur maurellus quidam
ex domo ponticonensi seruus agmini
ducis qui mense martio per incursionem
nescio qualiter uirium prolibitus perdiderat
usum et gressum figere non ualens. adhi
bito sibi adgeniculum fuste ut mos
claudorum est. cum per triduum oratione fu
disset ad dominum. quarta die qui est itera
tiuum de festiuitate genu directo sa
nus abscessit. Post paucos autem
dies homines qui carceris uinculo te
nebantur diuinitus absoluti sancti basili
cam sunt ingressi. et per iudicem immunes
a damno laxati sunt.

Puer quidam manibus pedibusque contractus
de uilla themello in pago turonice
urbis ambiacensis adueniens ad basi
licam sancti domini inter reliquos petentes
postularet uictus stipem. uisitatus
a sancti uirtute directus abscessit.

Mainus quoque puerulus euthimii presbiteri
nostri. cum in ualitudine febris nimi
e incidisset. ac examinari ab eadem
putaretur. de puluere sancti sepulchri pre
sbiter leuans ac fimbrias palle sup
posite dirumpens secum detulit. pulue
remque puero hauriendum dedit. fim
brias ubi collo illius alligauit. mox
febre restincta sanatus est. Non dispa
ri modo rulfaricus presbiter altero pue
ro febricitanti studium adhibens et
ille protinus febre carens conualuit.

Principius quidam uir bonus petro
coricae urbis ciuis amentiam nescio
quam incurrisse putabatur. et tam grauiter
agebat interdum. ut de sensu uideretur
excedere. Quod cum multis mensibus
perferret. beati antistitis basilicam expe
tiuit. ibique ut arbitror iiii residens
menses. abstinens se a cibo carnium
ac uino. adiutus confessoris presidio
incolumis domum sue restitutus est.

Et quia rusticitas hominum diu
cum parum predicatorum sacerdotalem sequitur.
ipsa se dei preparat ad offensam. quod nuper
gestum fuerit edicam. Leodulfus quidam
biturige urbis homo. cum fenum secuis
set. metuens ne aduentu pluuie ue
nientis infunderetur. et laborem suum per
deret. die dominico mane iunctis bubus
ad pratum direxit. ac super plaustrum
fenum adglomerare cepit. statimque pes
eius unus quasi ardens ei uisus est.
regressusque ad hospitium suum quieuit
ab opere. Post missarum uero solemnia
celebrata. iterum iunctis bubus opus
ceptum pergit explere. completoque plau
stro feno. statim oculi eius quasi a quibus
dam aculeis puncti dolorem maximum
intulerunt. Quibus conclusis de
inceps aperire non potuit. sicque per annum
integrum in cecitate permanens. ad festi
uitatem sancti antistitis deuotus aduenit.
cuius post diem tertium beneficio luminis quod
perdiderat restauratus est. Eo tempore